



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

In meridie.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

(174)
HORA XII.

PRAXIS I.

Orandi ad trinum campanæ pulsum.

AD trinum campanæ pulsum, Divæ Virgini quotidie salutandæ institutum à Joanne XXII. Anno 1334. recitant multi, versiculos de passione Domini: Quos, uti & B. Aloysium imitari poteris, qui ut refertur in vita L. 2. cap. 3. Christi crucifixi memoriam quotidie refrebat, quadam brevi antiphona sub meridiem pronuntianda, tam liquido pietatis sensu, ut feriæ sextæ sanctioris hebdomadæ sanctitatem præ oculis habere videretur.

Ad primum itaq; pulsum recita: *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem. Ad secundum, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. Ad tertium, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium terrestriū & infernorū. Post singulos pulsus interpone salutationem angelicam.*

Vers. Qui passus est pro nobis.

Rx. Misereatur nostri.

Oratio.

*Respice quæsumus super hanc familiam
tuam &c.*

Pra.